

ad/[ventu] novi rectoris ducatus, ipsamque pro adventu nostro per /
mandatum vestrum mictere deberetis, thesaurario Romane Ecclesie
dicti / ducatus integraliter solvendam. Mandavimus etiam per alias
nostras / litteras, ut nos in festo Nativitatis Domini proximo preterito
visita/re deberetis exeniis consuetis et debitis; nec ipsum mandatum
duxistis / aliquatenus ad effectum. Unde, cum predictorum mandatorum
nostrorum fuerit[is] / contemptores, quia procurationem eandem
Ecclesie Romane debitam, / tam pro adventu nostro quam etiam ali-
quorum predecessorum nostrorum, ipsam / totam et integram procura-
tionem non duxeritis [exo]lve[ndam] sicut / tenemini et debetis, nec
etiam debita et consueta [...] illa quantitate / quam debetis et tenemini
Romane Ecclesie pro festivitate predicta non trans/miseritis, in ipsius
Ecclesie atque nostrum gravamen preiudicium manifestum // [...] penitus
in contemptum, penas spernentes vobis / positas in eisdem, et velimus
vos de dicta fraude commissa, inobe/dientia et contemptu coram nobis
et nostra curia mediante iusti/tia convenire, vos requirimus et citamus
nichilominus [a]d penam et bannum / M librarum et plus, nostro
arbitrio auferenda, distri[cti]us iniungen/tes, ut secunda die post presen-
tationem presentium per scindicum vestrum / legitime ordinatum, cum
III^{or} fideiussis de melioribus et fide di/gniorib[us] terre vestre, coram
nobis comparere curetis, excusaturi / vos si potestis ab inquisitione quam
facimus et facere intendi/mus contra vos, tam de inobedientia et con-
temptu quam de fraude / commissa per vos de diminutione iurium pre-
dictorum per vos Romane / Ecclesie debitorum; transmittentes nichilo-
minus per eundem s[cin]d[ic]um / totam et integram quantitatem
pecunie procurationis deb[it]am / per vos Romane Ecclesie, tam pro
adventu nostro quam etiam omnium aliorum precessorum nostrorum
quibus totam procurationem eandem non exolvi[sti]s, / ut tenemini et
debetis, et cum tota pecunia que remansit ad / solvendum per vos nobis
et nostre curie pro exenio et adiutorio fe/sti Nativitatis proximi preteriti.
Alioquin etc. /

18.

(Ein Rektor des Herzogtums Spoleto) befiehlt Ungenannten, binnen drei Tagen die der Römischen Kirche und ihm geschuldete procuratio an die Finanzverwaltung des Herzogtums abzuliefern.

Hs. fol. 3^v.

Tenore presentium vobis districte precipiendo mandamus ad penam et bannum, / nostro arbitrio auferenda, quatenus III die post presenta-